Fragmentarium

astare in conspectu meo. Pec-
cavi omnes amatores meos des-
pexi et dedignata sum. Pecc-
avi et dixi quod non est vir inter
principes terre qui dissolvat meum
cingulum virginitatis. Pecc-
avi ero sponsa filii magni regis
primogeniti. Peccavi domine peccavi
in conspectu tuo multum peccavi
usque dum veniret Ioseph fortis dei
qui comprehendit me sicut piscem
per hamum pulchritudine sua et
sapientia sua et virtute sua at-
traxit me et adduxit me deo vi-
vo et altissimo et dedit mihi calicem
sapientie et facta sum ei sponsa in
secula seculorum. Et postquam
transierunt septem anni ubertatis
ceperunt venire septem anni famis.
Et audivit Iacob de Ioseph filio
suo et venit Israel in egyptum cum
universa cognatione sua in secundo
anno famis in mense secundo vicesima
prima die mensis et descendit in
terram Iesse. Dixitque Aseneth Ioseph
Procedam et videbo patrem tuum quia
pater tuus Israel sicut deus meus
est. Et ait Ioseph Veni mecum
et vide patrem meum. Et venerunt
Aseneth et Ioseph ad Iacob in terram
Iesse et obviaverunt ei fratres Ioseph
et adoraverunt eum super faciem in terram
Introierunt autem ad Iacob et erat Israel
sedens super lectum suum et erat senex
bene in senectute. Viditque Aseneth
et admirata est quia erat Iacob
bonus visu et iuvenis valde

et senectus ei quemadmodum
iuventus speciosa viri. Et erat
caput eius candidissimum sicut
nix et barba eius candida sedens
super pectus suum et oculi eius ful-
gurantes et erant nervi eius et hu-
meri eius et brachia eius firma
et genua eius et crura et pedes
gigantis. Et adoravit eum
Aseneth super faciem in terram. Dixit-
que Iacob Ioseph Ista est filii sponsa
tua? Cui dixit Ista. Et ait Benedic-
ta tu filia a deo altissimo. Et vo-
cavit eam ad se ipsum et benedixit
et deosculatus eam est. Et manduca-
verunt et biberunt et abierunt
Ioseph et Aseneth in domum suam.
Et secuti sunt eos fratres Ioseph
et erat Levi in dexteris Aseneth
et Ioseph in sinistris et dilexit
Aseneth Levi quod erat vir intelli-
gens. Et factum est Cum deam-
bularet Aseneth domum pharao-
nis et conspiceret eam filius
eius primogenitus vidissetque illam
exarsit super pulchritudine eius
et male patiebatur et nesciebat
quid faceret. Et mittens nuncios
filius pharaonis primogenitus
vocavit Symeon et Levi fratres Io-
seph et ait eis Cognosco ego
quod estis viri fortes et in manibus
vestris prostrati sunt multi Sichimorum
et gladios vestros persenserunt viri
multi bellatores. Et nunc obsecro
adiuvate me et dabo vobis aurum

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
STANDARDGRAPH
No. 9061

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 21, fol. [4]v – <i>Joseph et Aseneth</i>; Petrus Alphonsi, <i>Disciplina clericalis</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3les/7158/58117)